



QV AESTIO
IVRIS CONTROVERSI

AN

SPVRIVS, CVIVSPA TERCERTVS,
COMPARANDVS SIT CVM
FILIO NATVRALI

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
DIE XVI. AVGUST. ANNO C I C I O C C L X X V .

D E F E N D E T

IMMANVEL GOTTLLOB TOEPFER
TORGAVIENS.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

1775,35.

10
20
30
40
50
60
70
80
90
100
110
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290
300
310
320
330
340
350
360
370
380
390
400
410
420
430
440
450
460
470
480
490
500
510
520
530
540
550
560
570
580
590
600
610
620
630
640
650
660
670
680
690
700
710
720
730
740
750
760
770
780

AN
SPVRIVS, CVIVS PATER CERTVS,
COMPARANDVS SIT CVM FILIO
NATVRALI

Recl^ete NEPOS in *Praefat* quondam arbitrabatur de diuersitate morum gentium inter se, honestum quid esse vni genti, quod apud alteram gentem turpe habetur. Non opus, vt Graecorum mores referamus, quo comparemus cum Romanorum: Popularium nostrorum mores tantopere differunt a Romanorum moribus, vt quod horum Iura permittant, illorum contra adeo inter delicta referant. Sic inter Romanos neque honestati neque iuri aduersabatur, alere concubinam atque cum ea quasi in matrimonio naturali viuere, quod ex *Lege Papia Poppaea* pater, quamvis non negem, postea aliquo modo mutasse eosdem suas de concubinatu cogitationes, quem tamen nunquam in totum improbarunt. Contra populares nostri, qui omnem inter diuersos ordines inaequalem concubitum improbarunt, non tantum inhonestum et illicitum habuerunt, semper concubinatum, sed adeo inter delicta retulerunt arbitraria poena coercenda, vt est in RECESS. Imper. d. A. 1530. Tit. 33. cum qua lege etiam consiprat ORDIN. PROVINC. SAXON. d. A. 1550. Tit. von verdaechtigen und leichtfertigen Weibs-Personen. Hinc, qui Romanis erant liberi naturales honesti, germanis *spurii* macula-



que laborantes habebantur. Neque hoc popularium iudicium receptum ius peregrinum mutauit, imo potius suffulti maiores iuris canonici studiis, idem de spuriis iudicium retinuere.

§. II.

Quanquam autem omnes, qui a solutis personis extra coniugium progernerantur, inter suprios referuntur, sive macula laborent, neque distinctio aliqua scrutatur inter eos, qui sine patre natu-
ti videntur quorumque pater incertus est, interque eos, qui cer-
tum patrem habent, tamen non negandum est, Romanum ius interdum in his applicatum esse, hosque cum naturalibus compara-
tos. Non virgo absurdilla de macula somnia, quippe poena
sic infertur sine crimen, in quo rectius sapient Romanii, qui
naturales honestos habebant. Satis est, si utriusque gentis ideas
comparemus, videri obesse causas, qui improbent nostrorum spu-
riorum, quorum certus est pater, comparationem cum Romano-
rum naturalibus.

§. III.

Concedimus itaque differre nostros spurios et ratione famae
et ratione concubitus, ex quo oriundi, quippe nunquam apud nos
ex concubinatu licito progeniti possunt videri. At indubitate experientia docuit haec tenus, licet concubinatus prohibitus sit, tamen
paria cum naturalibus romanis habere iura intuitu legitimacionis
nostros spurios, quorum parens certus. Naturales liberi romani,
etsi eorum pater certus esset, tamen non fruebantur iuribus fami-
liae et agnationis, neque, nisi forsan adrogatione, in patris sacra
familiamque venire poterant, donec CONSTANTINVS. Magnus au-
tor esset legitimacionis per matrimonium, quam nouo inuento THEO-
DOSIVS ampliauerat, inuenta oblatione curiar. His ergo legitimacioni-
bus naturales patris sui familiae, agnationis et successionis iura ob-
tinebant. Ea vero, quam Constantinus Magnus inuenierat, legitimi-
tatio per subsequens matrimonium, quae temporarii tantum iuris
fuerat, perpetui iuris facta lege IVSTINIANI in L. 10. C. de natur.
liber. Describit eam ipsemet Imperator in hunc modum: Cum quis

a mu-

a muliere libera, et cuius matrimonium non est legibus interdictum, cuiusque consuetudine gaudebat, aliquos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem affectione etiam ad nuptialis peruenierit instrumenta, et alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreauerit: ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi iusti et in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes: huiusmodi iniquitatem amputandam censemus. caet. Iubet itaque imperator, vt, qui postea existente matrimonio prognati, aequalis sint iuris cum iis, qui ante matrimonium progeniti et per illud legitimati, et prohibet, quominus melioris iuris sint ex matrimonio ipso progeniti, quam qui ante illud prognati. Et sic intelligendus §. vlt. l. de nupt. ad quem consulendus FRANCKE diss. ad §. vlt. Instit. de Nupt.

§. IV.

Quare si post hanc Iustiniani legem quis in concubinatu vixerat liberosque naturales procreauerat, simulac postea in matrimonium mutaret concubinatum dotalibus instrumentis compositis, quae inchoandi matrimonii erant celebritas, liberi antea in concubinatu progeniti, qui quasi ex naturali matrimonio iam progeni videbantur, hac solennitate interposita per fictionem, quasi illa dotalia instrumenta iam ante eorum nativitatem consecra, ex ciuili matrimonio progeniti fingebantur, et sic legitimorum iura intuitu familiae et successionis obtinebant. Nos, qui vere naturales non habemus, haec tamen recepimus exorica iura, et si quis cum femina, cum qua rem habuerat, ex eaque liberos spuriros conceperat, postea matrimonium adhibita copula sacerdotali contahit legitimum, hos spuriros et nos iam legitimatos habemus omnibusque statim fruuntur legitimorum iuribus et ratione patriae potestatis et familiae et successionis. Neque hanc ignorauit legitimandi rationem media Germania, quippe potius legitimatio per pallam altaris originem debet peregrinis iuribus, ne tunc quidem plene receptis



ceptis sed per Italos et clericos popularibus cognita factis, adhibito solum ritu, quem romanum ius ignorauerat.

§. V.

Legitimantur itaque spurii, qui patrem certum habent, per subsequens cum matre ab ipso certo patre initum matrimonium: et in hoc aequales habentur naturalibus Romanis. Qui vero certus pater dici posset, adhuc videndum. Nemo enim vnuquam dubitauit, spurius certos habere patres, si ad generationis actum respicias; at alia certi patris ratio est, si ciuiliter rem diuidices. Arbitror itaque eum certum ciuiliter dici posse patrem, qui impregnationem non tantum fassus partum in suum nomen ad baptizandum offerre suumque tanquam patris nomen in dypticha baptismalia inscribere passus fuerat, ino alimenta partui praestit ex officio paterno. Neque dubium est, eundem certum quoque dici posse patrem, qui, cum negaret se patrem esse, postea per iudicem ob vel confessum vel probatum stuprum pro patre declaratus et ad alimenta praestanda condemnatus fuerat.

§. VI.

Alia quaestio venit, an et spurii in successione intestata comparari possint, cum naturalibus romanis. Dederat enim IUSTINIANVS in Nouell. CLXXXIX. cap. XII. §. 4. successionem ab intestato in sextantem bonorum patris certi naturalis cum matre, concubina quae fuerat, diuidendam, si nec legitimam prolem nec coniugem relinqueret. Verba Nouellae sunt: *Si quis autem defunctus fuerit legitima ei omnino sobole non extante, (filiorum dicimus aut nepotum vel deinceps successionis) neque legitima coniuge, deinde moriatur, non disponens de substantia sua et veniat cognatio forsan, aut etiam manus: utpote bonorum possessionem mouens et insurgens, aut etiam nostrum aerarium (nam nec illi quantum ad hoc parcimus) si autem ei donec vixerit, libera mulier in schemate concubinaris sociata, et filii ex ea (talibus enim solummodo hoc sancimus, ubi omnino indubitatus est et concubinae in domo affectus et filiorum ibidem proles) et alimentum damus eis, et intestatis parentibus defunctis duas paternae substantiae unicis*

7

lias habere cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii unius filii portionem mater accipiat. Et hoc dicimus, si uni concubinae societur, aut filios ex ea habeat, aut etiam praecedente concubina, morte forsan aut separatione, filii ei domi sint. Tunc enim damus ab intestato ad duas vincias vocationem.

§. VII.

Iam querendum, an et ex paterna hereditate, qui certus fuerat, spurius sextantem petere iure possit hodie ex applicata Nonuella, necliberis legitimis nec coniuge extante. Putem comparari in hoc recte et posse et debere nostros spuriuos, quorum pater certus, cum naturalibus Romanis. Cum enim in legitimacionis materia, vbi adeo de legitimae successionis iure acquirendo agitur, et sic in lucrando, comparantur spuriis cum naturalibus, neque quisquam est, qui de spuriorum per subsequens matrimonium legitimacione hodierna dubitat; nulla sane subest ratio cur in successione in sextantem non aequo comparari debeant. Testatur quoque BOEHMERVS in *Introduct. in Ius Digest. in Append post. Libr. XXXVIII. J. 7.* extensum esse ius romanum ad nostras spuriuos per Principia iuris Pontificii, quam applicationem quoque STRYCKIVS de *success. ab intestat. Diff. I. cap. 2. th. 53.* adfirmat.

§. VIII.

Nec me in aliam sententiam mouet autoritas rerum iudicatarum in Saxonia. Quamvis quidem IUS PROVINC. SAXONIC. Lib. I. art. 51 et L. 3. art. 73. spuriis nec patris nec matris concedat hereditatem, forsan ex praeconcepta maculae opinione omne naturae vinculum superhabens, tamen cum hodie ex Iuris Romani dispositio*re* recepta, per quam prouincialis iuris supersticio abolita non ad matris solum sed et maternae lineae cognatorum successionem admittantur, de quo nemo amplius dubitat, cur valeat haec Iuris Provincialis dispositio adhuc intuitu paterna*e* hereditatis. Aut plane non recipiendum erat*l* Romanum, aut semel recepta ex eo successione materna, nulla subest causa, cur beneficium negemus spuriis in acquisitione sextantis ex hereditate paterna, maxime quod Iustinia-

nus



nus de iisdem naturalibus sentiat, quales quidem nostri non sunt spurii, qui tamen tales, habentur quoties de legitimatione agitur, ut supra diximus. Sed negare nostrates sextantem spurii et BERGERVS in *Oecon. Iur. Lib. Tit. IV. th. XXXVIII. Not. 7.* et MENKENIVS in *Theor. et Prax. Pand. ad Libr. XXXVIII. app. de success. intest. §. 8.* et IDEM in *Iur. Controu. Decad. V. controu. X.* Sed cum neclex adsit, que ex cludat spuriosa Sextante, nec ratio adsit, cur recepta non haberí posfit Nouellae dispositio, maxime cum naturae vinculum huic peregrini iuris faueat ordinationi, putem, quo vsque lex non adest quae iuris Romani applicationi contradicat, ex sola Dd. opinione nihil iudicandum, maxime, cum in aliis fauorabilibus causis spurii nostri cum romanorum naturalibus comparentur. Ipse vero SCHAVMBVRG in der Einleidung zum Saechs. Recht. Part. III. Sct. I. Exerc. IX. §. 2. temperandam censet saxonum Iurisconsultorum opinionem. Ait: *Mich deucht aber, man koenne beyde Meynungen dahin maessigen, dasd dergleichen Kinder alsdenn nur des Vaters Verlassenschaft sich theilhaftig zu machen berechtigt waeren, wenn der Vater weder ehel. erzeugte Kinder, noch die Hoffnung hat, dergleichen mit einer ordentl. Ehefrau zu erzeugen* quae postrema verba contra rationem sanam scripta videbuntur, cum mortuus, de cuius hereditate et successione agitur liberos amplius haud procreat, nisi de posthumo in vtero existente intelligas. Sed si recte videoas, non est media quaedam sententia inter Ius Romanum ab aliis applicatum et Saxoniorum Iureconsultorum pronunciandi obseruantiam, potius applicacionem romani iuris suadet.



(leipzig) Diss., 1775 A/1



Sb

KD18

B.I.G.

Black

3/Color

White

6

5

4

3

2

1

0

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Q V A E S T I O

I V R I S C O N T R O V E R S I

A N

S P V R I V S , C V I V S P A T E R C E R T V S ,
C O M P A R A N D V S S I T C V M
F I L I O N A T V R A L I

Q V A M

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E

D . C H R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G
P R O F E S S . P U B L I C . O R D I N A R . I V R . N A T . E T G E N T .

E T S O C I E T A T . L I T E R A R . D V I S B V R G E N S .

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O
D I E X V I . A V G V S T . A N N O C I C I S C C L X X V .

D E F E N D E T

I M M A N E L G O T T L O B T O E P F E R
T O R G A V I E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

